

num. 60. Baldi item, & Petri Iacobi ad idem meminit Tiraquel, d. quaest. 17. opin. 9. nu. 2. & nec hac sententia...

61 Secundum medium est quod legitima, ac rationabili electioni populi, de idoneiore nempe ex geminis illis filiis facta locus sit, argum. Text. in l. quod si plures...

63 Tertium proponitur medium à Ioanne Imolensi in l. ex duobus 34. ff. de vulgari, cuius ad hoc meminere Ioan. Lecier de primogenitur. lib. 1. qu. 6. num. 3.

rier, Tiraquel, Anton. Gomezio, & Ceual, obi proxime. Sed & id minime satisfacit, meritoque refellitur à Lecierio d. q. 8. d. num. 2. vers. sed his non obstantibus...

Quartum à Baldo solita varietate medium adfertur in 1. constitut. Digest. §. itaque num. 15. vers. vel formosior, quod nimirum ex duobus gemellis quorum prioritas ignoratur...

67 68 69 idem Gomezius tum quia nullo iure probatur, & quæ pro ea adferuntur testimonia, atque exempla, partim pertinent ad hyperbolen quandam, & nomenclom pulchritudinis...

70 71 72 73 idem Gomezius tum quia nullo iure probatur, & quæ pro ea adferuntur testimonia, atque exempla, partim pertinent ad hyperbolen quandam, & nomenclom pulchritudinis...

ipsum statum ambigi, quod & Aristot. significat dist. lib. 4. de generat. animal. c. 6. illic, Hominiibus enim hic concursus prater naturam est...

Denique illud medium in præfato dubio proponi solet, ut ex duobus gemellis, quoad nascendi ordinem incertis, ille præferatur, qui prius Regni possessionem apprehenderit...

77 78 79 80 idem Gomezius tum quia nullo iure probatur, & quæ pro ea adferuntur testimonia, atque exempla, partim pertinent ad hyperbolen quandam, & nomenclom pulchritudinis...

cuiusque primogenito concedentis ut saepe diximus. Relatigitur ut fortis iudicium in praefato dubio longè securus sit, quodque proinde Respublica ipsa, cum Regnum vni Principi, eiusque progeme tribuere, si hunc casum prauidisset proculdubio eligeret, quippe quod omni iure, diuino scilicet & positio ad quaecumque dirimenda dubia passim probatum est, vt potè omni vel ambitionis, vel gratiae suspitione carens, vt quod ad diuinum attinet, constat ex locis Numeror. cap. 16. 33. 34. & 36. Deuteronom. cap. 1. & 31. Iosue cap. 1. & 13. cum multis sequentibus, Paralipomen. cap. 24. & 25. Palm. 77. Et forte diuisit eis terram. Act. cap. 1. cecidit serus in per Mathiam, & conuenerat est cum 11. Apostolis, cum aliis infra, & relatis à Gratian. in princip. & cap. 1. cum segg. 26. q. 1. & 2. quoad posituum verò ex l. sed cum ambo 1. illic: *Sors res discerni solet, ff. de iudic. 9. 2.* (vbi Bald. notat, rem esse committendam fortunae, vbi non valet ingenium) l. si qua sunt cautiones 5. vers. si omnes, illic 2. *Sortiri eos oportet, ff. famil. erisc. l. generaliter, 24. §. quid ergo, 17. ad fin.* (vbi & praefata ratio probatur) illic, aut sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis, vel gratiae suspitionem Praeor subeat. ff. de fideicommissor. lib. 1. l. 1. vers. sancimus illic rei fortunam esse, & sortem inter altercantis adhibendam, Cod. de iur. iudic. l. 1. §. optionis legatum 2. in fin. illic, fortunam esse huius optionis iudicem, & sorte hoc esse dirimendum, vt ad quem fors venerit, illius sententia in optione praecellat. inst. de legat. l. 2. post princip. illic, vt rebus reus in sortium casum deductus, & illic, ex sortis felicitate conuincat. Cod. quando, & quibus quarta pars deb. lib. 10. Idque merito, * nam iudicij huius, vt potè in fortuna positi, dux est Deus, vt Bald. docuit in d. l. fin. in 1. nerab. quod & constat ex locis Prouerb. cap. 16. in fin. illic, *Sors mittitur in sinum, sed à domino temperatur, & cap. 18. contradições comprimit fors, inter potentes quoque diuidit, Ilaix cap. 34. Et misit eis sortem, & manus eius diuisit illi in mensuram, & Psalmo 30. In manibus tuis sortes meae, quo loci Diuus August. in 2. eius Psalms cencione, habebat subiungit verba, *Sors non aliquid mali est, sed res in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem, quae à Gratiano referuntur in cap. 1. 26. quae 1. & 2. & paulo post subiungit idem D. August. In sorte non est electio, sed volumus Dei, quod & confirmat in Epistola ad Romanos, vbi postquam dixerat, Si inter Dei ministros sit discipulatio, qui eorum maneant, ne sit fuga omnium, & qui eorum fugiant, na morte omnium destruat Ecclesia, si haec discipulatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant sorte eligendi sum, citans illud Prouerb. cap. 18. supra relatum; continuo subiungit, melius Deum in huiusmodi ambagibus iudicare, quam homines, planè demonstrans, iudicium fortis esse diuinum, adeoque nulla ab eo appellatio, aut querimonia datur, vt cum Bal. in l. fin. Cod. de communia de legat. & pluribus alijs resolut Titae. de prima de iudic. quae 17. opin. 1. numer. 95. Id verò * maximè procedit in dubijs circa Regum electionem, vel successorem exortis, initio namque cum populus Israeliticus petiisset sibi dari Regem, à Samuele eius iudice, ac Praefecto, vt refertur 1. Regum 8. vers. 1. & 2. *Ece in sinuisti & filij tui non ambulat in vis tuis, constituit nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & habent omnes nationes* (antequam scilicet id Regnum successioni deuoluitum est ad proximos mortientis) Samuel vt populi petitioni satisficeret, fortis iudicio tam dirimi voluit, vt legitur eodem lib. 1. Regum cap. 10. vers. 10. *Applicauit omnes tribus, & cecidit fors super tribum Benjamin, congregato populo per tribus, & familiis, & rursus applicuit tri-***

78

79

80

bum Benjamin, & cognationes eius & cecidit fors super cognationem Metri, & peruenit usque ad Saul filium Cis, quam sortis electionem paulo post eod. cap. 10. vers. 24. triouit Deo Samuel, sic inueniens, certe videtur quem elegit Dominus, quoniam filius illi in omni populo; vt postquam plura alia similia Regum electionis per sortem exempla, ac testimonia tradiderat, refert Petr. Gregor. de Republ. lib. 7. c. 14. num. 7. iunctis ab ipso traditis lib. 6. cap. 6. num. 2. & cum apud Perlas ex genere Reges imperassent, vt Strabo lib. 15. scribit, idest morte patrum Regnum peruenit ad liberos, & his deficientibus ad proximos de cognatione, vt ait Constantinus Manasses in annalibus, & Procop. lib. 1. de bello Persico (quod & seruatim est translato Imperio ad Parthos refert Ioseph. lib. 18. antiquitat. cap. 3.) post mortem Ochi Regis Persarum, & filij eius Artis eadem, cum nemo ex Ochi liberis, ad quem Regnum lege rediret, superesset, electioni sortis res commissa est, in qua obtinuit Darius, vt refert Diodorus Siculus lib. 27. cuius meminit, eius verba Graecè scripta refertens idem Petr. Gregor. de Republ. d. lib. 7. cap. 4. num. 5. sed & Alcianus lib. 5. parerg. cap. 22. ex Paulania in Aesepicis refert, eum inter Heraclidas ambigeretur de Regno, Cresphontem Aristodemi liberis sortium beneficio potiorum fuisse, id quod maximè congruit sententiae Platonis lib. 1. de legibus, qui inter rationes imperandi, haec adiecit, vt is, quem fors delegerit, imperet, quem verò repulerit, pateat. Denique * licet fortis iudicio locum non esse in dubijs facti, sed iuris tantum docuerit gloss. in l. vnic. verb. prohibebit, ad fin. C. vbi possidet. loquens in facto, necessario per partem probando, quam generaliter, velut singulariter communitur ad hoc Doctores commendat, vt testantur Ioannes Lecticor de primogenitura lib. 1. quae 1. g. num. 12. Tiraquel. plures per ea congerens d. q. 17. opin. 1. num. 91. Ant. Gom. in d. l. 40. Taur. num. 68. in 5. opinione, vers. primogenitura quando dubium, ac Baldus similiter docuerit in d. l. 1. C. quando, & quibus 4. pars deb. lib. 10. fortis iudicium locum non habere nisi in casibus in iure expressis, cui accedunt Ioan. Lecercier d. q. 9. num. 13. & Ant. Gom. d. 5. opinione, vers. secundo quia iudicium, tamen verius est in dubijs etiam facti, saltem non in controuersiam iudicalem deductis, & partem quae facto ipso nititur, ad probationem adstringentibus, sed aliis, quae ius, alioqui certum, interit dum de illo non constat, inapplicabile faciunt, vt in exemplis legum, & auctoritatum, quas superius adduximus, & generaliter cum tale iudicium prohibitum non est, censeri omnino permittimus, quia humano auxilio deficiente, possumus diuinum requirere, & quoniam 22. illic: *fecit quod potuit, quod non potuit Deo commissit, 2. q. 3. atque ita nominatim docuere, gloss. in summa 26. q. 2. gloss. vlt. in princip. in cap. fin. per Text. ibi sumpto argumento ab speciali* extra de sortilegijs, & plures aliae similes, relata à Tiraquel. qui non paucos pro eorum sententia cumulat, d. quae 17. opin. 1. num. 13. cum segg. & num. 92. & 93. inter quos videndus praefertim est Philip. Dec. optimè sententiam illam commuans conuincens, in cap. licet causam 9. num. 207. cum duobus segg. iuxta nouiorem, edit. extra de probat. neque tantum in leuibis causis, vt loquentes in quaestionibus meri iuris, in quibus de tertij prauidicio tractatur, nec litigatorum concordant, docuerunt Angel. num. 1. vers. sed occurrit dubitatio, in l. sed cum ambo 14. & Paol. Castren. in l. in tribus 13. (sub quo illam legit) num. 7. vers. item intellige, l. 2. ff. de iudic. male generaliter recepti ab Anton. Gomez de opinion. 5. vers. tertio quia iudicium, sed imò multò

81

multò

multò eminentibus in grauibz causis, & secutiore remedio indigentibus, cum videlicet necessitas, aut grandis utilitas urget, vt in specie, in qua versamur, iuxta superius tradita, & id quidem non nisi cum magna religione, ac reuerentia, precibus, votis sacrificij, exterijque sacris Catholicae religionis ministerijs adhibitis, vt vtrumque venerabilis Beda ad c. 1. Act. Apostolorum, à Gratian. transcriptus in cap. non exemplo 4. 26. q. 1. & 2. his verbis significat, si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum patam sortibus exemplo Apostolorum consulendum esse, videantur hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum casu, & precibus ad Deum fuisse egisse, & eius Text. immemor docuit Tiraquel d. opin. 1. n. vltim. Qui mos etiam hodie in insignibus Hispaniae Collegijs, quoad Rectorem electionem viget, & nunquam in praefato dubio, ex incerto nascendi ordine gemellorum exorto seruandum esse, simul ad hoc Regni proceribus, ciuitatumque principalium procuratoribus conuenientibus, admonet rectè doctissimus Pater Ludouic. Molin. de inst. & iure tom. 3. tracl. 2. disp. 6. 24. num. 5. vers. sanè ego propendo, vbi nonnulla ex his, quae nos pro hac parte adduximus breuiter considerat, latiusque extendit, quasi eius sententia adherens D. Illephonsus Perez de Lara, huius, & Pincianae Cancellariae quondam Senator, non minus doctrina, quam integritate conspicuus, in compendio vit. hom. capite 12. à numero 31. sub finem, vers. vido tamen, usque ad num. 41. excludit. Quo quidem ex loco * nouum ipse medium excogitat, vt nimirum in praefato dubio Romanus Pontifex omnino sit consulendus arg. loci Deuterone. 17. vers. si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse, perperis, & c. relati in c. per venerabilem 13. vers. Rationibus igitur, imò vers. Locus enim, & vers. Sunt autem Sacerdotes, ext. qui filij sui legit. qui rursus expendit Text. in cap. fundamenta 17. vers. Decet namque, de elect. in 6. ac denique inducit doctrinam Ioannis Imolae, & aliorum in cap. grandi, de supplen. neglig. pralat. dicentium, ad Romanum Pontificem, vt potè Deum in terris representantem, expectare Regimini curatorem constituere. Alit ergo verissimum adhuc iudico, Romanum Pontificem in eo dubio consulere, nec necessarium, nec contentiens esse, nec rursus iure quoquomodo probati. Non necessarium, quia cum ius eorum sit, nempe ad solum primogenitum Regnum expectare, quod per Roman. Pontif. immutari nequit, iuxta ea, quae eleganter in imperio, in quo ipse plus iuris habet, tradit Ioannes Lecercier de primogenit. lib. 1. q. 7. n. 20. 21. & 22. & solum de facto dubitetur, cui id ius applicari debet, quis videlicet ex gemellis primogenitus sit, in tali perplexo facto quid certum potest Rom. Pontif. iudicare? certe non percipio. Non etiam id conueniens est, quia in re, quae sui natura celebritatem desiderat, & in qua quantum citius fieri possit expedit, vt verus Rex praesens, vel futurus certo cognoscat, nec ambo gemini in quasi possessione talium habeantur, ob ea, quae saepe diximus periculosa certe dilatio esset, quae in Pontificem consulendo feret, adeoque etiam aliqui necessaria foret, dum tamen breuius remedium in promptu esset, minime admittenda, ex regul. Text. in l. 1. ff. de dam. infesto, vnde etiam idem Illephonsus Perez num. vltim. circa finem, hunc excipit casum, se ipsum planè corrigit quia semper est in mora periculum. Quod autem id iure minime prohibetur, ex eo constat, quod iure, & fundamenta, quibus ille nititur, nihil ad rem faciant, quia locus Deuteronomij, & Text. * in d. cap. per venerabilem, qui in eo fundatur, &

83

eo tantum pertinent, vt in materia sui natura spiritali possit quandoque certis ex causis temporalis iurisdictioni à Romano Pontifice casualiter exerceri, vt contigit in legitimatione filiorum spuriorum illius Regis Franciae, vt potè ex iussumdo matrimonio, quod ab eo viuente prima coniuge contractum fuerat susceptorum, quorum ipse legitimationem quoad temporalem Regni successionem à Romano Pontifice petiit, se ipsi voluntati subiciens, quod iure potuit sine iuris alterius laesione, cum in temporalibus nullum recognoscere superiorem, vt paulo ante in vers. in super. disertè traditum est; quae ratio cum in Comite Montis-Pellulani, similes filiorum suorum illegitimorum quoad ius succedendi in Comitatu legitimationem petente, non concurreret, non aquè ei legitimatio concessa est, & quia Comitissae matrimonium aperte irritum erat, at verò Regis probabile dubium habebat, an valeret nec-ne, vt aduertit rectè Anto. Butr. ibi n. 10. ad fin. quomodo olim cum Text. alioqui non parum difficilem Salmanticae ex Cathedra praescripto meo inrepretabar auditoribus, & licet aliam docendi viam sequamur, * vt ibi generalis Praep. designat potestas inter laicos, etiam Principes, superioriorem recognoscentes, nec sibi subditos respectu temporalis iurisdictionis, ad dispensandum in radice matrimonij alijs irriti, atque ita legitimandum filios ex illo ante dispensationem natos quoad successionem, & alios ciuiles effectus, quam amplexi sunt Ioan. Andr. n. 30. Abb. n. 22. Cardin. n. 9. q. 1. Anchar. n. 25. Praepositus sub 8. quod autem num. 74. & Alex. de Neuo num. 18. in d. c. per venerabilem, ac penè innumeri, quos refert Pater Sanchez (vt in eo omnes citentur) de sponsal. lib. 8. disp. 7. num. 4. & ultra eos Nicolaus Garcia de benef. part. 7. cap. 11. num. 14. D. Ioannes de Castillo quod d. cent. tom. 5. c. 103. per tot. maxime n. 22. adhuc nec Textus ille quicquam ad rem facit secundum hanc interpretationem, de qua etiam valde saepe dubitauit, secutus Burrium, dicit. num. 16. circa fin. in d. c. per venerabilem, & alios à proximè relatis conuictos, quorum sententiam melius omnibus, quos viderim, defendit nouissimè D. Michael Gomez de Atrellano in suo satis expolito tracl. de rar. ciuili imper. lib. 4. §. 5. ex num. 53. Minus * momenti habet Text. in d. c. fundamenta 17. vers. Decet de elect. in 6. quippe quod tantum pertinet ad Cardinalium consilium liberè, & absque villo metu proferendum, & à Romano Pontifice in arduis Ecclesiae negotijs sequendum, neque id ex iuris necessitate, sed ex decencia tantum, vt ibi omnes docuerunt, & nos in simili obseruauimus differtat. 5. num. 16. Tandem Imolae, & aliorum doctrina in d. c. grandi, de supplen. neglig. pralat. in 6. vt R. P. possit dare curatorem Regi minori, & si recepta fuerit ab Anton. Gomezio ad l. 40. Taur. num. 9. ad fin. & 3. tom. var. cap. 4. num. 56. similiter in fin. frequentius tamen explosa est, & merito, vt videre licet apud Ioannem à Terra-Rubea in tracl. contra rebelles, lib. 2. art. 1. concl. 4. & 6. Franc. Caldas in l. si curatorem habens, verbo hunc contractum, num. 48. vers. Ego autem, Ioan. Gutierrez de iust. l. part. cap. 18. num. 12. quod & ipse Illephonsus Perez coacta iuris ratione fatetur d. num. vlt. vers. Et hoc de iuris rigore, vt vel inde constat, quòd vir hie tantus maiori cum ratione mirandus sit, quam alios ipso miteret, qui eius medij non meminere.

84

85

Ratio iam postulat, vt initio propositis argumentis suo satisfaciendum ordine. Quorum primum sumitur ex l. 3. vers. Et si fuerit filia, illic; facta quae facta casada; tit. 13. partit. 1. Cui facillimo

D. 4

occurrit

occurrit negotio, ibi enim argumentum à contrario sensu, quod ex illis verbis depromitur, dumtaxat euincit, ex quo femina in Regno succedere nubit, tutelam eius expirare. Non utique ex eo, quod nubens vel transeat in curam mariti, vel saltem in eius potestatem, camque nedum economicam, sed & politicam, ob Regni administrationem ipsi marito competentem: hæc etenim collectio planè absurda, ac iuri contraria foret, adeoque minime sumenda, maxime in hoc argumenti genere, iuxta reg. Text. in l. conuenticula 15. C. de Episcop. & Cler. l. 1. C. de condit. infert. l. ult. §. filii autem, C. de bonis qua liber. iuncta l. peruli. Cod. qui testam. fac. poss. cap. cum virum 12. vers. Nec obloquitur. ext. de regular. exornant ultra ordinarios ubique Cardin. Francisc. Mantica. de coniectur. vlt. volunt. lib. 3. tit. 15. num. 13. & tit. 17. num. 1. & 7. Menoch. de presump. lib. 1. presump. 9. 1. num. 5. & libr. 4. presump. 8. 1. num. 55. Ant. Gama decif. 107. n. 8. Aluar. Valasc. consultat. 136 n. 7. Ioan. Gutier. pract. quest. libr. 3. quest. 44. n. 4. Pater Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 21. num. 9. D. Ioan. del Castill. quotid. controu. tom. 5. cap. 88. num. 28. Primum si quidem aduertatur iuris regulæ, qua traditum est, maritum vxoris suæ curatorem esse non posse, iuxta tradita supra dissertat. 1. num. 25. & fin. Alterum vero argueret, Regnam omnino per se incapacem esse Regnum administrandi, quod falsissimum est, ex his, quæ ad tertij argumenti solutionem dicemus. Non inquam ex eo, sed quia cum illa non nisi pubes nubere regulariter possit, c. 2. & 3. cum aliis de desponsat. impuber. ac resoluuntur relati à nobis sup. dissertat. 1. num. 16. & Regni administratio magnopere consilio indiget, vt alioqui diximus dissertat. 3. num. 17. noluit lex illa, tutelam Regine in pupillari ætate relicte, simpliciter pubertate cessare, vt aliarum feminarum, quæ in hoc masculis æquantur, nisi quoad ætatis discrimen, de quo in princip. cum relatis ibi à Pichard. n. 1. inst. quibus mod. tut. finitur, sed pubertate, & matrimonio simul, cum tali nempe viro contracto, qui alioqui per se capax sit ad Regnum administrandum, adeoque & Regine vxori rectè consulendum, in quo ius hoc speciale consistit, vt intellexit rectè Gregor. Lop. in ead. l. 3. gloss. 4. cum quo & aliis nos etiam superius obseruauimus dissert. 1. n. 56. & dissertat. 3. n. 9.

87 Secundum deinde argumentum, sumptum ex l. 9. in princip. & in vers. La tercera razon, tit. 1. part. 2. longè minus virget, illa namque lex generaliter modos recenset, quibus quis verè Rex dicitur, tam scilicet respectu dignitatis, & administrationis simul, vt contingit in primo, secundo, & quarto modo, nempe per successionem, electionem, & Papæ vel Imperatoris concessionem in tertis, illorum ditioni suppositis, quam respectu solius dignitatis, ac nominis, vt in tertio, quemadmodum indicant illa eius verba, quæ in argumento retulimus, que maguer el no venga de linaje de Reyes, pudesella mar Rey, vbi notat Greg. Lop. gl. 4. verb. llamar, comprobate ex doctrina Baldi, quam aptius infra ad 3. argumentum referemus, & expendemus.

88 Tertium quoque argumentum non magis refragatur, non enim negamus virum in dignitate positum præferri in ea vxori, ex ratione illa, quod maior sit dignitas in masculino, quam in femina, cui ille fuerit matrimonio copulatus, ac per id caput eius effectus, sed asserimus proinde, dignitatem hæc maiorem euenire marito ratione præstantioris sexus, & domesticæ potestatis, quam à lege diuina in vxorem accepit, quæ hoc respectu maior est nuda dignitate Regine ab administratione se iunctæ, cæterum illa minor est respectu administra-

tionis Regiæ quæ sola penes vxorem residet, vt statim audiamus. Nec inconueniens vltimè est, vt diuersis respectibus vna, & eadem res diuerso iure censatur, l. Papirianus, §. 8. sed nec impuberis, vbi gloss. in fin. Angel. num. 3. & alius ff. de inoffic. testam. l. si ades mea 31. alias 32. vbi gloss. verb. d. n. & idem Angel. ad fin. qui cum vt notabilem commendat, ff. de seruis. l. miles 77. §. pro parte, ff. de legat. 2. notant itidem, variisque exemplis illustrant Abb. Panormit. in c. fin. num. 17. de consuetudine, & in c. cum in tua 30. in fin. de decimis, Ripa in l. vltim. num. 122. C. de reuocac. donat. & post alios Tiraquel. alia iura, & gloss. comulans, de retratu consanguin. §. 1. gloss. 18. num. 22. & 23. & de nobilit. c. 28. num. 12. cum 4. seqq. & ad leges conuul. gloss. l. p. 9. num. 157. & 163. Menoch. de recuper. poss. remedi. 1. num. 36. & conf. 902. num. 17. Anton. Monachus decif. Florent. 28. num. 11. Hieron. Goncalcz ad reg. 8. Cancel. §. 6. in proem. num. 69. & 70. Mar. Giurb. ad consuetud. Senator. Messan. c. 9. gloss. 10. num. 5. & 6. Ioan. Anton. Mangil. de impurat. q. 37. num. 29. Vincent. Fulat. de substitut. q. 297. num. 28. D. Valençuela conf. 201. num. 92. iuvantque in simili nos diximus dissertat. 1. in solut. ad l. argum. maxime ex num. 38. Quos duos respectus in proposito nostro rectè considerat. P. Mag. Marquez in Gubernator. Christ. lib. 1. c. 30. pag. mibi 188. vers. Pero a quanto yo puedo juzgar, inutilo vers. Pero etas razones no corren.

Porò regula legis in multis 9. ff. de statu hem. nullum nobis negotium facillit, non enim ibi generaliter traditur, feminarum conditionem deteriorè esse, quam masculorum, sed in multis iuris articulis, seu casibus, adeoque non in omnibus. Quinimò in multis melioris conditionis sunt mulieres vitis, quos colligit Speculator. tit. de præcur. §. 1. in princip. (cuius ad hoc remissus meminuit Guillelmus Maynerius in l. femina 2. num. 7. ff. de reg. iur.) Philippus Decius in eadem l. femina à num. 70. ad 82. & ab eo in proposito nostro mutatus Petr. Gregor. de Reput. lib. 7. cap. 11. num. 92. qui casibus illis non semel adiungit maximum honorem, mulieribus tempè exhiberi solitum, vt ex Plutarch. refert, qui in Romulo, permittit (inquit) mulieribus honores sunt habuit à Romanis, vt his transeuntibus de via cedere, præsertim muliere nihil obsecranda loqui, &c. quod & Valerius Maximus memorie prodidit lib. 5. cap. 2. cuius ad hoc meminuit, eius verba referens, Petr. Fab. in d. l. femina ff. de reg. iur. sub num. 3.

89 Sed & id, quod per manus traditur, feminas iurisdictionis, publicæque administrationis incapaces esse, eo tantum pertinet, vt ad magistratus honores, seu publicos, quibus illa inest, aut quoduis aliud ciuile, vel publicum ministerium aspirare nequeant. Non quod ipse inhabiles sint ad huiusmodi munera obeunda, sed quod eorum exercitium, illarum sexui, & honestati minime congruat, vt satis significat Paul. l. C. in l. cum Prator. 12. §. vlt. vers. Moribus ff. de iudi. in argum. citata, illic, non quia non habens iudicium, sed quia receptum est, vt ciuilibus officiis non fungantur, iuncta l. 1. §. secundum de loco vers. Sexum ff. de postulando, vbi ea ratio in decencia sexus in simili traditur, vt à postulandi officio mulieres arceantur, illic, ne contra pudicitiam sexus congruentem alienis causis se iniungant, ne virilibus officiis fungantur mulieres, quæ ratio & iudicandi officium comprehendit, cui etiam nominatim applicatur in l. fin. in principio, illic, sine pudicitia memores, C. de recept. arbitrar. cuius in argumento quoque meminimus, & apud nos apertius in l. 4. vers. Nis muger, illic: por que non seria cosa guisada que estunisse

90 estunisse entre machedumbre de los vnes librando los pleyos, tit. 4. p. 3. Adeoque* illa regula cessat quoties incapacitas illa mulierum, ratione honestatis sexus moribus introducta, lege aliqua remittitur, vel etiam consuetudine, aut Principis priuilegio, quæ non minus iurisdictionem tribuunt etiam aliqui incapacibus, siue contrario iure, aut consuetudine prohibitis, l. 1. & fin. C. de emancip. lib. cap. duo simul 9. & cap. irrefragabili 13. vers. Excellus de offic. ordin. cap. cum contingat 13. in fin. de foro comp. & in terminis feminas his modis capaces reddi iurisdictionis, & administratiois publicæ, generaliter docuerunt gloss. verbo vltionem, versio. nisi forte, in l. Imperialis 23. §. similes, Cod. de mpt. gloss. verbo ad honores, vers. Vel dic, in l. vlt. C. de mulie. & in quo loc. lib. 10. gloss. in fin. cap. si fecerit leges 9. 12. q. 2. similis gloss. in summa, verbor. mulieres, 15. quæst. 3. & verbor. sint tenore, ac verbo consuetudinem, in cap. dilecti 4. per Textum ibi, qui ad hoc celebris est in versio. Quia tamen, extra de arbitrio, vbi que communis, quam resoluunt Philip. Deci, num. 4. §. 6. Maynerius num. 17. & 10. & Cagnol. num. 4. in princip. in d. l. femina ff. de reg. iur. idem Decius in cap. cum dilecti 4. num. 13. in fin. alias num. 31. similiter in fine, versio. Nam quælibet mulier, de confirmat. vlt. vel inuili, Anton. Blanc. in tractat. de compromi. qu. 2. num. 16. & 38. Petrus Gregor. de Reput. d. lib. 7. cap. 11. num. 88. Petrus Babof. in d. l. cum Prator §. vltim. à num. 150. ad 167. argue ita meliò fortius* 91 si ex successione eis talis iurisdictione, & administratio competat, quia illa fit annexa dignitati, in qua succedunt, puta regno, comitatu, aut similibus, vt non oblectè constat, ex cap. Almann. 8. iuncta supra scriptione, (que est ad Brunichildam Reginam Francorum) 2. quæst. 4. cap. 6. §. si quos 4. 3. (quod eadem supra scriptio habet) 2. 1. quæst. 4. cap. cum deuotissimam 8. iuncta supra scriptio, (que est ad Constantiam Reginam Gallia) 12. q. 2. cap. significauit 36. in princip. de rescrip. vbi Comitissa Namuentis successio refertur in comitatu fratris sui, cap. dilecti 40. de testibus, & cap. vltim. de concess. prebend. in quibus donationes, ac promissiones Comitisse Flandrensis referuntur, cap. peruenit 5. iuncta supra scriptio ad Comitissam Matildæ, de consensu, cap. ex parte 23. cap. cum olim 24. iuncta supra scriptio ad Comitissam Blesensem, de verb. signif. Id quod antiquissimum esse constat, nam & in facris litteris non senel Reginarum mentio fit, vt Regine Austriæ, lib. 3. Reg. cap. 10. & 2. Paralipomen. cap. 9. Lucæ cap. 11. & Math. cap. 11. ac refertur à Gratiano in cap. vltim. 22. illic. Quomodo Regina Austriæ, quæ in finibus terra andræ sapientiam Salomonis, indicaturæ est homines temporis sui, §. quæst. 1. & Candaces Regine Ethiopiarum, Altorum cap. 8. cuius & meminere Strabo lib. 17. Plinius de natural. historia, cap. 19. ad calcem, & Eusebius Casariensis Historia Ecclesiastica lib. 2. cap. 1. ex quibus satis perspicuum est, feminas alioqui per se iurisdictionis, ac publicæ administrationis incapaces, in consequentiam tamen ratione successiois capaces reddi, vt vltra Doctores in practicasis locis, vt indubitanter resoluunt, alia etiam diuersorum Regnorum exempla adferentes, Bartol. in dicit. l. unica, num. 10. ad finem, Cod. de muli. & in quo loco, Bald. in l. quos 1. num. 5. C. de suis, & legitim. hered. & in cap. vltim. §. quosque, num. 8. de successio feudi, in vltibus verbo. Alexander. consil. 1. numer. 24. & consil. 24. num. 12. lib. 5. & consil. 87. num. 6. ad finem, versio. Et femina lib. 6. Philippus Dec. consil. 3. 1. num. 6. lib. 1. & consil. 113. num. 1. lib. 2. idem Decius post Angel. quem refert. n. 3. Maynerius dicit. num. 20.

& Cagnol. dicit. num. 4. versio. Et licet, & versio. Inud quod plus, in relatu l. femina D. de regul. iur. Philipp. Corn. consil. 160. num. 24. lib. 1. late & eleganter Tiraquel. nihil solita diligentia, & facundia in tactum relinquens, de iura primogen. quæst. 10. à num. 3. ad 12. Burgenfis Marcus Salon de Pace in proem. legum Tauri numer. 6. Sebast. Vanicus de null. tit. de defectu iurisdic. de leg. num. 7. Anton. Blancus de compromiss. quæst. 2. num. 35. Dom. Ludouicus Molin. de primogen. lib. 1. cap. 11. num. 14. & 15. Petrus Barbosa in dicit. l. cum Prator. §. fin. numer. 2. §. ff. de iudi. nouissimè Franciscus à Soula doctus Lulstanus in repet. d. l. femina 1. p. 29. versio. aded vt quamvis, idque apud nos apertè statutum est in d. l. 4. post med. illic. Pero seyendo Reyna, o Condessa, o otra dueña, que heredasse señorio de algun Reyno o de alguna tierra, tal muger como es a bien lo puede hacer, por honra del lugar que touiesse, tit. 4. part. 3. Inter ea verò Regna, * in quibus femine, saltem masculis deficientibus, in Regno succedunt, Principem locum obtinet nostrum Hispanicum, ex sæpius commemorata lege Gothica, & lib. 2. (que ab eorum habuit) tit. 15. p. 2. quod & obseruat Petrus Gregor. de Reput. lib. 7. cap. 11. num. vltim. versio. Sicut & Regia. Pater Magister Marquez in Gubernatore Christiano d. lib. 1. cap. 30. pag. mibi 100. col. 2. versio. Esferuaste cambien. In eoque præsertim discriminatur à Regno Francia, in quo nulla femina succedere potest, ex peculiari ipsius consuetudine, prout refert Bald. in l. 1. num. 2. in fin. versio. Et ideo si filia, ff. de Senator. quæ ortum habuit à lege Salica, à Pharamundo huius nominis primo Francorum Rege anno Regni sui decimo, circa annum Domini 425. ex consilio quatuor à se selectorum virorum lata, cuius verba, & appellatiois originem varie referunt Ioannes Lécier in tract. de primogen. lib. 1. quæst. 22. num. 3. & 4. Nicol. Boer. consil. 1. num. 5. Guiliel. Bened. ad cap. Raynuatus de testam. verbo duas habens filias, num. 72. & 79. Guilielm. Mayner. in l. femina, num. 5. & 4. ff. de reg. iur. Carolus de Gratialis lib. 1. Regalium Francia, in re 17. Bartholom. Casaneus ad consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 5. num. 40. Aleciat. lib. 2. disp. punit. cap. 12. D. Præles Conarum, in pract. quæstion. cap. 1. numer. 8. Petrus Gregorius synagmat. iur. lib. 6. cap. 12. num. 9. & lib. 3. cap. 13. num. 7. & de Republic. d. lib. 1. capit. 11. num. 97. in princip. & cap. 16. num. 9. Henning. Arnicaus lib. 1. de Reput. cap. 1. sectio. 12. à numer. 44. Calixtus Ramirez de lege Regia §. 3. num. 15. Philippus Comines lib. 6. commentarior. historior. cap. 3. & lib. 8. cap. vltim. in fin. Stephanus Gatiaui in compendio historiali lib. 20. cap. 13. Pater Marian. de rebus Hispan. lib. 15. cap. 15. uterque paulo post princip. Franciscus à Soula in repetit. d. l. femina 1. part. num. 15. Pater Marquez, dicit. capit. 50. pag. 188. & 189. vbi que colom. 2. circa fin. ac post nonnullos Histos D. Ioann. Baptista Valençuela consil. 198. numer. 95. Nec quod * Respublica à mulieribus non rectè gubernetur, ob earum consilium inualidum partimque firmum, quicquam mouere debet. Tum quia ad rationem verè, & legitimè gubernationis necesse non est, vt Principem, velut in idea, & phantasia, suis omnibus partibus absolute fingamus; quasi non alius ad Principatum idoneus sit, nec proinde admittendus; hoc enim pertinet ad Rempublicam Platonicam, in abstracto somniatam, pro cuius regimine creandi essent noui homines, essentque pene innumeri Principes, his partibus destituti, variisque vitis pluriquam mulieres obnoxij, de iure suo depellendi vt in proposito considerat, & exemplis illustrat Petr. Gregor. de

de Republ. lib. 7. c. 11. 86. Tum etiam, quia nec mulieribus Perpetuum est, consilij esse inconstans, & infirmi, atque ad Reipublicæ gubernationem inepti plures namque fieri valde constantes prudentes, fortes, & Reipublicam optime gubernantes: & (vt à diuinis litteris exordiamur) quantum Iraeli profuerit ad victoriam admonitio Debboræ, constat ex c. 4. *Indicum*, vbi traditur, quod per eam liberatus est populus ille de manu Iabin, Regis Chanaan, & quod sine illa noluit mouere exercitum Barac, filius Abinos, contra Sisaram Principem exercitus Iabin: quam item felix fuerit factum, & Consilium Esther ad eiusdem populi salutem, apparet ex c. 6. *Esther*. quam rursus validum, & mirandum femine Iudith. ex lib. Iudith. maximè c. 13. Laudatur & sapientia consilij Abigailis, quo liberauit maritum à periculo mortis coniurata per David Regem. 1. *Reg. cap. 25*. Ex humanis quoque litteris non paucos eundem rei occurrunt exempla. quæ videre licet apud Plutarch. de claris mulieribus, inter quæ illud memorabile est, quod cum Cæsar superatis Alpibus Italian adiret, bellumque intestinum inter se pararent, interuentu & precibus mulierum ad concordiam reuocati sunt, ex quo nata apud eos consuetudo, quæ postea nepotibus hæsit, vt quoties de bello, aut pace sit eis consultandum, & si controuersia aduersus socios incidit, mulieres quoque in consilium adhibeantur, quod & ipsum Polyanus narrat lib. 7. *strategematon*, in finali exemplo, additque in fœderibus cum Annibale factis contineri, si de Carthaginensibus Galli conuerterentur, equitum Præfectos, & Duces litem diremptos, sin de Celtis Carthaginenses indicaturas Cæsarum, vel Gallorum mulieres. Titus quoque Linius lib. 34. refert, se bono publico mulieres Romanas prodiisse in publicum, iam à principio regnante Romulo, cum capto à Sabinis Capitolio, medio in foro collatis signis dimicaretur, & quod intercurfu matronarum inter acies duas, prælium sedatum est. Author item est Suetonius in Nerone Claudio cap. 9. Neronem ipsum initio sui Prin cipatus, & Imperij quod laudabile primum fuit, quamquam postea in tyrannidem declinauerit, matris Agrippinæ summam rerum publicarum, & priuatarum permisisse; primo etiam Imperij die signum excubanti Tribuno dedisse optimam matrem. Refert præterea Cornel. Tacitus de sin. moribus, & populis Germania, & Plutarchus de virtutibus mulierum antiquos Germanos mulieres admisisse ad belli consilia, quæ experimento optima cognouerunt, & idem Linius lib. 14. *annalium* cap. 12. primos Britannicos eas in exercituum suorum Duces elegisse, quæ & alia in proposito exempla commemorant Petrus Gregorius de Republic. d. lib. 7. cap. 11. à num. 29. ad 64. Pater Magister Marquez in *Gubernatore Christiano* d. cap. 30. circa finem qui tandem, & si alius apud nos delectemur exemplis, sufficere merito subiungit exemplum prudentissimæ, ac magnanimæ Reginæ Doñæ Elisabeth, de cuius in pace, & bello præclare gestis plura in ipsius peculiari historia referantur, quæ idem Pater Marquez laconicè describit.

94 Vnde & illud facillè diluirit, quod in extremo argumenti dicebatur, satis nempe iudicari ad prouincia gubernaculum assumptum absque vxore proficisci, eo quod illa potius sit impedimento, quam adiumento rectæ administrationis iurisdictionis, ob infirmitatem iudicij, & natiuum imperandi ingenium, nam primum quam sit fallax ex præcedentibus constat, at-

que ad gubernatoribus plerumque vitio est vxorum consilium sequi, quale fuit illud, quod Pithes ab vxore accepit, quo iniustum, valdeque Reipublicæ noxiu mandatum, vt omnes ciues ex aureis metallis, quæ inueniant, aurum inquirerent, foderent, & purgarent, ab omni alio opere, sed & agrorum cultura penitus prohibiti, reuocate coactus est, vt ex Polyano lib. 8. *Strategematon* refert Petrus Gregorius d. lib. 7. cap. 11. num. 31. *versio*. Saluberrimum; cum seq. & Iustinian. Imperat. nouella 8. sine amb. vt iudices sine quoquo suffrag. sicut cap. 1. §. hoc omnia, collation. profectus etiam est, se consilium in lege condenda sumptis à reuocandissima coniuge sua cuius ad id etiam meminit Petrus Gregorius d. cap. 11. num. 29. *versio*. Aliter vero minimè potest esse in causa ad excusandum maritum, cui omni iure potestas in vxorem data est, vt latè probauit, ac profectus sum dissertation. 1. num. 2. & à numer. 4. iunctis quæ mox dicentur. Quod si intellexerit, se illam subigere facillè non posse, sibi que ad rectæ iustitiæ administrationem ob staturam, melius faciet, si sine illa in prouinciam sibi committam proficiscatur ex consilio Vlpiani l. C. (quod hoc tantum casu verificabitur) in l. obstruere 4. §. proficisci, ff. de offic. Proconsulis, aliàs si quidem, & si olim inter Senerum Cecinnum, & Valerium Messalinum, Consules Romanos, non modica contentio fuisset, prohibendus, necne esset Magistratus vxorem secum in prouinciam ducere, illo affirmante, hoc negante; huius tandem præualuit sententia, vt potè melioribus nixa rationibus Senerius Consul. de ea re factu sub hoc tamen temperamento, vt quanquam infantes essent Magistratus, & culpæ vxorum nescij, prouincialibus earum criminibus perinde ac suis plecterentur, vt d. §. proficisci Vlpin. testatur, & ex Cornel. Tacito lib. 3. & 4. *Annalium* refertur & exornant optimè Petrus Gregorius *synagm. iur* lib. 27. cap. 32. num. 29. Tiber. Decian. 1. *tom criminal* lib. 8. cap. 35. num. 27. Bouadil. in *polit* lib. 2. cap. 11. num. 61. circa fin. & lib. 5. cap. 3. num. 118.

Multo minus momenti habet 4. argumentum, 95 quod tantum concludit, eodem modo vxores dignitates suas viris communicare debere ac viri suas cõmunicant vxoribus. Hoc enim nos libenter fatemur, sed idem ipsum in argumentum pro nobis reorquimus, nam viri dignitates suas vxoribus non communicant quoad dignitatis exercitium, & administrationem, sed solo nomine, & dignitatis prerogatiuis, vt iura in argu. allata planissime demonstrant, ergo eodem modo, & non aliter vxores dignitates suas viris communicabunt, vt ad 2. arg. diximus, & vltra Gregor. Lop. ibi relatum, optimè probat, & profectus Ioan. Gutier. de iutel. 1. p. cap. 18. n. 32. *versio*. Neque ob stam, correlatiuorum autem, & vnitorum regula in argumento expense non aliud postulant; & si * procedant tantum in his, quæ eandem rationem habent, non quæ separatam, vt notantur Bart. Ang. & alij in l. si. C. de indi. *vid. toll. Bald. conf.* 188. n. 2. vol. 1. ac post alios resoluunt Ant. Gabr. *commun. concl.* lib. 6. tit. de legib. *concl.* 1. n. 51. Tusch. *pract. concl.* tom. 2. lit. C. *concl.* 1041. n. 21. nec enim diuersa est ratio in vxore, quam in marito, iuxta mox dicenda.

97 Non obstat 5. quia etsi maritus iure nostro Regio particeps sit quoad fructus, & consequenter legitimus administrator quoruncuique vxoris bonorum ex legibus in arg. allatis, at ideminim procedit in eo iure, quod inhæret maioratui, aut dignitati, cuius vxor ex successione domina est, vt contin-

git

git in iure Regni, iuxta es, quæ ad 3. arg. tradidimus, & obseruat eleganter Bald. in 6. *significauit*. 36. n. 4. *versio*. Item quia Regnum, de *rescript.* quem ad hoc refertur, & sequuntur Pala Rub. in *repet. c. per vestras, de don. inter.* §. 43. n. 10. Greg. Lop. gl. 9. ad fin. in l. 1. tit. 1. p. 2. Gutier. d. c. 18. n. 32. in *prin.* & D. Molin. cuius ipse non meminit, de *primog.* lib. 1. c. 24. n. 33. qui idem ibi, ac n. *præced.* resoluunt in iure patronatus, in consequentiam successione, vel maioratus mulieri competente, nam nec id marito communicabitur, sed eius sola vxor domina erit, ad ipsamque in solidum presentatio pertinebit, vt & docuerunt Palac. Rub. *vbi præximè*, Burgensis in *proem. legum Titul.* n. 5. Bacç de non melior. *rat. det. fil.* c. 23. n. 18. Sahag. in *cap. quanto, de iudicij.* n. 16. Gutier. de *tut.* 3. *part. cap.* 29. n. 4. Nicol. Garc. de *benef.* 5. p. c. 9. n. 185.

98 Quia sententiam Granatenis curia me iudice amplexa est 7. die Decembri. ann. 1634. in causa D. Virulæ de Ribera cum Ioan. Garc. Nauarrete eius marito, super patronatu bonorum cum prohibitione alienationis, & successiua vocatione patronorum, quibus domus cuiusdam commoditas relicta est, instituto ab Illephi. Perde Bacç. Nam cum ob mortem Doct. Ribera, vlt. patroni, possessio dictæ domus peruenisset ad præfatam D. Virulam, & maritum eius nomine, & hæc postea ob magnam mariti scitiam ac probabile mortis periculum ab eodem succederet, diuortij litem ei coram Ecclesiast. iud. mouens, eamque pendente domus possessioni, ac patronatus administrationi maritus inueneret, hæc ab illo remoueri, sibi que velut vere patronæ decerni postulauit, & cum in 1. & 2. instantia repulsam tulisset ex eo c. quod ille velat maritus, dum per vltimum ordinarij Ecclesiastici sententiam non esset, pro diuortio pronunciatum, omnium vxoris bonorum legitimus administrator esset, iuxta inferius dicenda *dissertat.* 9. à n. 39. vtraque sententia in gradu supplicationis, cui ego interuui sui tali moderamine confirmata est, vt intelligeretur quoad meram bonorum patronatus administrationem, quam marito relinquendam censuimus sub idonea cautione, cum de dilapidatione suspectus esset, non etiam quoad presentandi ius, quod solius mulieris esse pronunciauimus.

96 Vlt. denique arg. sumptum ex Hispans consuetudine, quæ per duos actus, ibi relatos inducta dicitur, nihil refragatur, quia vetus est, ex illis actibus consuetudine minimè fuisse inductam, siquidem ex Chronicis ipsis, quibus arg. nititur, planè constat, initio contracti matrimonij inter D. Fernandum, & D. Elisabeth contentionem inter ipsos fuisse ad quem eorum Regni administratio pertinetet, & variis hinc inde rationibus allatis, pro illa fuisse pronunciatum, & ipsam postea voluntariè marito suo Regni administrationem communicasse, ita vt ambo simul leges ferrent, cæteraque ad Regni gubernaculum pertinentia expedirent, vt præ alijs videre est apud Anton. Nebres. in *Ulorum histor.* cap. 23. Gundiff. Illescas in *histor. Pomij* lib. 6. cap. 19. fol. mibi 96 col. 1. in *fin. cum seq.* Stephan. Gariuai in *compend. historial* lib. 18. cap. 2. & P. Mariana lib. 24. cap. 5. quod & obseruat Gregor. Lopez in l. 9. *glos.* 4. circa fin. *versio*. *Vide tamen, sit.* 1. p. 2. cuius ad hoc meminit Gut. de *iuel.* 1. p. 18. num. 32. *versio*. tandem Gregorius idque ipsam postea seruatum est inter D. Philippum primum & Reginam D. Ioannam illorum hiliam primogenitam, atque ita cum ex mutua coniugum concordia huiusmodi actus processerint, consuetudinem inducte non potuerunt,

iuxta tradita supra *dissertat.* 3. ex *num.* 41. Ad eandem concordiam pertinent plura exempla Imperatorum, ac Regum, simul Imperantium, quæ magna eruditione, & antiquitatis cognitione enumerat D. Valençuela *conf.* 199. ex *num.* 52. ad 86. id quod inter Imperatores, & Reges, per electionem assumptos, ex populi consensu sicut commissa certa Imperij, vel Regni, nimis extensi parte futuro eius successori, nec omnes, qui simul Imperatores in quarundam legum inscriptione vocantur, quos enumerant Tiraquel. *de iure primogen.* qu. 17. *opinion.* 4. ex *num.* 22. Montaluis in l. 9. *gl. verb.* Por hereditamento, ad *fin. tit.* 1. p. 1. col. legæ in Imperio, sed successiui futuran, vt inter alios videre est in Tito, & Vespasiano, iuxta tradita à Petr. Mexia in *hist. Imperiali*, in *vita Neronis* c. 3. *colum.* mibi 5. *versio*. Fue señalado por Capitán.



DISSERTATIO V.

De intellectu & praxi Regiæ Pragmaticæ anni 1623. circa Regni reformationem emanatæ cap. 19. *versio* *Y se casare* minoribus 25. annis ante 18. annum matrimonium contrahentibus, concedente, vt sua, & vxorum bona administrare possint; quibus scilicet adolescentibus hæc administratio concedatur, ac curatorem antea habentibus, an verò non habentibus, vel omnibus indistinctè, qualisque huiusmodi administratio sit, an libera, & plena, absque spe restitutionis, an verò restricta, siue restitutioni obnoxia, & an minorum personam legitimam reddat, vt per se in iudicio stare possint absque curatore in litem, vel denique eos alijs minorum priuilegium exuat?

SVM MARIA.

- 1 Pragmatica anni 1623. circa Regni reformationem emanata numero, seu capite eius 19. *versio*. Y se casare, summa traditur, ac verba, de quarum interpretatione agitur referuntur.
- 2 Eius traditur intellectus in Hispalensi, & Granateni si Senatu receptus, et procedat in minore curatorem habente, & quare?
- 3 Lex, seu constitutio noua ita semper accipiendæ & interpretanda est, vt quicquam ultra ius commune operetur.
- 4 Administratio bonorum, quæ per Regiam pragmaticam conceditur pueribus, iuxta eius tenorem matrimonium contrahentibus, non est libera, & plena, sed restitutioni obnoxia.
- 5 Pragmatica sanctio nihil aliud inducit pueribus, matrimonium contrahentibus, quam speciali matrimonij auro eosdem subducere à reg. l. 1. §. vltim. & l. 2. ff. de minoribus, illi sub curatorem iugo consuetudinis minorum bonorum suarum administrationem permittente.
- 6 Pragmatica illa minores ita coniugatos postquam sub curatore sunt, æquiparant adolescentibus, qui ab